Incipit tractatus venerabil' mgri Iohan.
Gerſon. Cancellarij pariſien̄ de cognicione
caſtitatis et pollucionibus diurnis.

Scripſi pridem aliqua ſuper preparati
one ad miſſam ſub decē conſideratōi
bus occaſione ſumpta principaliter ex
materia pollucionis nocturne. Nūc
autē de pollucōibꝰ q̄ videntur accidere vigilādo
queſita ſunt a me aliqua que ſolēt timoratas
cōſciās plurimū turbare ſic frequēt' ex diuer
ſis pſonis vtriuſq3 ſexus tā in ɔfeſſione q̄ ex
tra potui ppendē. ppterea conſului nedum do
ctores i ſcriptis eoꝝ ſup hac re ſ3 eciam collo
quiū habui cum exercitatis et diſcretis in con
feſſiois materia ymo et a medicis huiuſmōi
multiplicis et varie pollucionis cauſam inq̄ſi
ui. Deniq3 preparet ſe lector audire caſte id
qđ pro caſtitatis cognicione neceſſitas cogit
aperire. Conſideratio p̄ma

Preſupponendum eſt igitur in primis. q̄
a corpore humano defluit multiplex hu
mor per meatus membroꝝ pudendorū que ge
neracioni deputata ſūt. Vnus eſt vero ſemia
lis. alius vero vrinalis. alius quodammodo
medius qui poteſt appellari ſaliualis vel ſpu
talis. alius additur humor pſerti i mulieribꝰ

quẽ nominatur mẽſtrual' ⁊ huic ſimil' quã
doq₃ maſculo accidit ex infirmitate. Porro
facile ẽ ſatis cognoſcere patiẽtib⁹ ſecũdũ et
vltimũ fluxum. quãdo ſcȝ ille eſt vere vrina
lis vel vere menſtrualis habet ei ſuã diſtinc
tionem ĩ colorẽ ⁊ liquiditate. ⁊ tales exeũt p̄
terea ut cõmuniter ſine multa delectatiõe in
mẽbris genitalib⁹ preſertim niſi cõiungant'
alie cauſe delectatiõis ſicut infra docebit'. Ce
terũ humor ꝓprie ſemialis ⁊ hũor ille medi⁹
nõ ita faciliter abinuicẽ ſecernũt' ꝓpter ſimili
tudinẽ in albedie ⁊ viſcoſitate ſeu tenacitate
⁊ q̃dam ſpiſſitudine habẽt nõ omni⁹ diſtictas
ꝓprietates ⁊ diuerſos ortus ⁊ meatus vnde
defluũt. qḋ de articulati⁹ cognoſcere ſpectat
ad medicos. Eſt itaq₃ hmõi ſemial' ſupfluũ
vltime digeſtiõis ſupfluũ nõ in q̃litate ſ₃ in
quãtitate habẽs eni natuã ſufficiẽtẽ cibũ ꝓ
alimento corporis mittit ex omnib⁹ mẽbris
quod ſupeſt ad vaſa geitalia nũc pl⁹ nũc
minus. Et quando ſupabundat ipſi nature
conatur expellere tãdem illud ſupfluum qḋ
fit vel in actu geneãtionis ſeu cõcubitus ł p
euaporatiões ſimiles ſudoribus vel per aliq̃s
fedas diſtillaciones quandoq₃ ſine ſomnis
Aliquando cum delectatione. ¶ Aliquan
do imperceptibiliter. nonnunq̃ in vigilia

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

quibuſdã venit tã volũtarie q̃ȝ inuolũtarie
modis valde multis nc̃ ex vicio nature nc̃ ex
vicõ culpe. Rurſus huõꝛ ille medius fit ex q̃
dã ſupfluitate alimẽti. nedũ in quantitate.
ſȝ ⁊ in qualitate. ꝙ ſcȝ ineptus ẽ nutricioĩ ine
ptus ſimilr̃ gñacõni velut in ſaliua vide⁹ et
aliȷs ſupfluitatib⁹ defluẽtib⁹ a cerebro tã p
os q̃ȝ nares iſtis parũ ⁊ rari⁹. et aliȷs habũ
dancius ⁊ crebro. Immiſcet aũt ſe talis hu
moꝛ medius cũ vrinacõne. aliqñ p ſe defluit
ſine cogitacõne ⁊ ſẽſu. Rñȝ vero fit cũ delcãci
one ⁊ pruritu quodam pluſq̃ȝ in vrina. que
tñ vrina qñqȝ cũ moꝛdiacõe quad exit. Pu
to etiã nlomi⁹ ꝙ vix aut nunq̃ȝ cãt iſte flux
us huõis medȷ. talem modũ delcãtiois et
ꝯcuſſionis. quaſi tocius coꝛpis et ſpecialiter
in pudendis. nec ita perſtringit aut obnubi
lat in ſuo exitu iudiciũ rõnis ſicut venit vere
in huõꝛe ſeminali. qm̃ ⁊ ille humoꝛ ſemiał
magis digeſtus. ⁊ ad cauſacõem libidinoſe
delcãtionis niſi p infrigidacioneȝ ꝗ aliunde
coꝛruptus ſic ꝓpoꝛcionabilioꝛ inuenitur. Dȝ
inſup humoꝛ iſte medius ꝙ ex leuioꝛibȝ cau
ſis ac maioꝛi facilitate mouetur ad exitũ q̃ȝ
ſemiãlis p̃ſertim in mulieribus adeo ꝙ ex le
uiſſimo motu coꝛpis de loco ad locum vel in
clinatiõe abſqȝ aliqua cogitacione et abſqȝ

ſenſu proueniat. Ex effectu vero pcipitur p
ſordidationem quādā ſiſcoſam i carne ſua
vel in pānis. Euenit autem faciliꝰ ⁊ nō ſine
aliquo ſēſu concomitante vel preuio dum p
ſonā pulchram ſiue dilectam ſiue turpem
ſiue iuuenem ſiue ſenē ſiue ſecularem ſiue
religioſam. et qn̄qȝ deuotā aſpiciūt aut tan
gunt aut ei arrident aut confabulātur aut
Jocantur etiā vbi nihil de ope carnali vo
lunt aut putant nec dicatur pagere ſed nec
cogitare ¶ Conſideratio Secūda

ATtendendū eſt ſecūdo pncipaliter cir
ca hanc materiā. ꝙ delectatio ſeu ꝯmo
tio libidinoſa pruritus ſeu titilatio proueīt
in mēbris q̄ loq̄mur frequēter abſqȝ fluxu
quocūqȝ. Sūt enī fūoſitates aliq̄ q̄s medici
vocāt ſpiritus et hee ſupcaleſatiūt et inflāt
⁊ diſtendunt venas ⁊ neruos in membris
illis. Fitqȝ ſtimulacō quedam ut pruritus
vel titilacō que dū queritur extingui vel ſeda
ri per attrectationem ſentitur ⁊ qn̄qȝ cōple
tur delectacō libidioſa ſine quouis fluxu.
Patet hoc in pua adhuc etate que nondū
apta eſt ſeminacōi ꝓpter defectū ſeminis vł
artacōem venaꝝ. Suſcitatur aūt hmōi pru
ritus ex tlibȝ fumis ſeu ſpiritibꝰ tā ab intn̄
ſecus p ymaginacōes fortes ł ſordidas ſpēs

maxime aut̄ per ymaginaciões libidinoſas
et turpes quas ab extrīſeco p allocucões pra
uas et p aſpect⁹ lubricos aut tact⁹ impudi
cos per ſe vel aliunde prouocatos. Rō ſi p cō
plementū delectaciōis ex talibus abſq3 ōni
ſemine corrūpat̄ vere ipa v̄ginitas iux̄ ſnā3
quorundā magnoꝝ. Heu proch dolor q̄ꝑ in
paucis maneret v̄ginitas cogitacōe ſtupor
eſt niſi forſan pueris et puellis hāc excuſet
defectus ſuffitiens iudicij racōis. Dicendum
eſt p̄terea q̄ nō oīs prurit⁹ circa mēbra pu
denda debet iudicari ꝓprie libidinoſus nec etiā
ceſſio eius vel extinctio per vacacōnem ut alit̄
debet appellari luxurioſa delectatio. Videm⁹
itaq3 quō et in alijs mēbris crebro pruritū ſē
ſimus quē vnguibus ſcalpendo vel ut iuxta
vulgare loquat̄ ſepimus ł extiguimus. Eſt
aūt hec paſſio nōnūq̄ꝑ ita vehemens ut etiā
cum vulneracōe carnis per vngues et effuſi
ones ſanguinis vix recedat q̄ paſſio ſi mem
bra illa genitalia inuaſerit cadit prorſ⁹ i mag
nā anguſtiam qui hoc pati cogitur dum cō
tra huiuſmoi pruritum remedium q̄rit qua
le fieret i alijs mēbris ipē in pollucões fedas
quedā paſſio cōſurgens ex quibuſdā fumis
Tradunt inſup medici q̄ꝑ i membris euenit
et vere libidinoſas atq3 culpabiles ꝓlabit̄

deſcendentibus venas membrorum iſtorum et neruos adeo ꝙ ſedari non poteſt eciam per vſum carnalem vel aliam attrectacionē quemadmodum narrat. Juuenalis. Jn quadam matrona nobili. Romana. Eſt igitur in hoc caſu vel in ſimilibus tanꝙ de vera egritudine ad medicos recurrendum. Demqȝ patet ex iſtis. ꝙ pueri. et puelle cum ſobrietate. atqȝ diſciplina in cibis et potibus atqȝ ſocietatibȝ ne ab intrinſeca cauſa vel extrinſeca cōſueſcant habere libidioſas huiuſmōi commotiones peccati in ſua carne. Alioquin prorueni ex conſuetudine velut in quādam neceſſitatem hec agendi precipue dum etas grādior aduenerit. Delectatio inſup improbior ꝛ vehementior ſencietur. Qua in re confeſſores vel parentes ꝯmonitionem aliquam facere debent pueris et puellis ut a talibus abſtineant nec a ſe nec ab aliȷs turpiter ſe tractari permittant. Attendat quilibet diſcretus ex premiſſis quid agēdum et videat ne dum nimium ſeruat̄ loquendi puditicia ſequatur operum maior inordinatio et cōfeſſio de talibus nulla fiat. Attendat ex aduerſo nedum prohibitio ſit expreſſa ipſa conatum adaugeat verum namqꝫ eſt illud poete Nitimur inuetitum. Porro ſi pn̄tes ꝓhibeāt

filias ſuas ab oſculis viroꝝ ⁊ adoleſcẽtuloꝝ
ſimilit̃ et filios a puellaꝝ ɔtrectacõibꝫ cur n̄
poterũt filios coartare verb̄ aut verberibus
ne ſeipõs aut ſeipſas iuicẽ male cõtrectẽt cũ
ſit vtiqꝫ hoc flagicioſius q̄ alterũ et eo plus
habẽs piculi quo minor eſt illic verecũdia ⁊
licentia maior. Sileo hic de ſtultis ymo ne
pharijs ꝑentibꝰ erga ſuos et ſuas nimia fa
miliaritate couenientibꝰ. Sileo de ceteris vel
ſeruis vel ancillis vel alijs qui perniciẽ hanc
contagioſiſſimã inducẽ ſub quadã ludi ſpe
cie non verẽtur. ve ve mũdo ab hac corrupti
one viaꝝ ois carnis ¶ Conſideracõ. tercia.

ATtendamus tercio principaliter q̄
in theologico vł morali negocio dum
inq̄ſitio fit de aliquibus effectibꝰ vel
opibꝫ an ſint vł q̄lia ſint peccata. ɔfaciẽda ē
reſolutio pn̄cipalis ⁊ finalis ad libertatẽ cõ
ſenſus vel diſſenſus in talibus. ⁊ inde pcẽm
dicente Auguſtino adeo eſt voluntarium
q̄ ſi nõ eẽt voluntarium nõ eſſet peccatum
Et iuxta cõem doctrinam. actus exterior ſuper
interiorem nihil addit malitie vł mõrlis cul
pe ea ꝓpter pollucões vł fedas diſtillacões
ex membris genitalibus plus reſpicere conue
nit ordinẽ moralẽ q̄ naturalẽ licꝫ cõſideracõ
naturaliũ proficiat ad moraliũ cognicionꝫ

plenioꝛem queadmodū circa Irā. Inuidiā gulam. et circa alia vicia pcipue carnalia q̄ materiam vel fomentū trahunt ſatis patet

Reſupponam⁹ Cōſideracō quāta

P igiť quarto ꝑ deciſione materie pn̄tis ac ſimiliū ꝯformiť ad doctrinam Auguſti de pceſſu tēptacōis in nobis ſicut i Adam fuiſſe ſcriptura cōmeōrat ꝛ dica⁹ ꝙ cōmocō libidinoſa ꝯſurgit ꝑ ſtatu nature corrupte nob etiā inuitis ꝛ ſepiſſime etiā p̄ueit oē iuditiū rōis neqꝫ per ꝯſequens ſubeſt arbitrio aut ꝯſenſui libero Iux̄ Auguſtinū dicētem. Non eſt in ptāte nrā q̄bus viſis tangamur ſꝫ eſt in ptāte nrā reſpuere vel acceptare. Intelli ge ſimiliť de auditu ꝛ olfactu de tactu et guſtu. Proueit aūt hec inuolūtaria p̄uencō ex corrupcōe nature p pccm originale ꝑ ſtatu nature lapſe. Pro ſtatu vero nature p̄mitus inſtitute ꝛ integre talis p̄uencō vicōſa neq̄ ꝙ̄ ꝯtigiſſet. Fuiſſet ei regimē hoīs taliť ordinatū ꝙ ratio ſuū dominiū ſupra ſēſualitatē abſqꝫ vlla p̄uentione ł rebellione ſeruaſſet ꝓptēa reputatť oīs cōmotio talis libidioſa p̄ueniēs iuditiū rōis eſſe pccm ſaltē veniale qm̄ ipa ꝯſurgit p̄ter vel con̄ iuditiū dn̄e ſue rōis. Verificatur ꝓinde dictū illd ſapientis Nullus eſt abſqꝫ pcco. etiā infās vnius diei

Prouenīet q̄ppe ī quolibet filio ade nō p̄=
uilegiato cōmocōes huiuſmōi preter vel cō=
tra iudiciū racōis. Et ita ſumēdo large pc̄cm
veniale abſq3 tali diu viuere nō vale⁹ dicit
aūt talis commotio voluntaria magis a pec=
catrice volūtate p̄mi hois q̄ a ꝓpria. ꝓpterea
ſi debet ꝓprie appellari peccatū etiā veiale opor=
tet ut aliquo modo ꝓpria volūtas ſit i cauſa.

¶ Conſideratio quinta

Nunc quinto accedendo ad inueſtigacio=
nem pricipal' dubij. quādo tal' ꝯmotio
libidinoſa eſt peccatū mortale ⁊ quando nō
q̄m de veniali attētis p̄miſſis nō ē faciēda p̄
ſcrutatio ſcrupuloſa vl' dubia. Conſidēm⁹
q̄liter ad illā ꝯmotionem ſeu temptacōnem
ſe habeat libera volūtas et fieri pōt m'tipliciter
voluntas vno modo ſe habet pure p̄uatiue
tā directe q̄ indirecte. hoc eſt abſq3 omni actu
volitiuo ꝑ ōni differentia tempoꝛis q̄ nec an̄
voluit q̄ illa cōmocō fieret nec aliqd diſponēs
per ſe ad illam voluerit ⁊ dum fit aut poſtq̄
facta eſt non aduertit et ob hoc circa eā nō
ꝯſentit vl' diſſentit aliūde forſitan occupata
vel in ſomno voluntas. alio modo ſe habet
pure poſitiue tam directe q̄ indirecte hoc ē
cum actu volitiuo. vel nolitiuo ſic q̄ antea
voluit deliberate vel voluit q̄ illa commocio

fieret aut dū fit vel facta ē placet ſibi vł diſ
plicet deliberate ſic ꝙ habet conſenſū vel diſ
ſenſū liberū in tali cōmotiōe acceptādo illā
vel deacceptando cū aduertētia· ꝙ ita vult
vel ita nō vult· voluntas aliť ſe habet circa
cōmocōe; illā libidinoſam q̄i medio mō ſic
ꝙ neq; ſe habet pure ꝑuatiue nec volendo
ſcilic; illam nec nolendo· Et ſimiliter ſe non
habet pure poſitiue volendo deliberatiue illam
vel nolendo et ad eam actualiter ſe conuer
tendo ſed ſe habet quaſi diſſimulando vel
dormiendo vel non curando · Ita ꝙ nec ex
preſſe uel actualiter conſentit i illam cōmo
tionem libidinoſam nec diſſentit expreſſe
ſed diſſimulat ⁊ dormitat dum attendere ⁊
vigil eſſe tenetur· aut dum aduertit pericu
lum nec tamen obuiare vel reſilire conatur

Conſideratio Sexta

Quo circa dicamus Sexto conſequenter
ꝙ diſtingui ſolet in voluntate duplex
conſenſus vnus completus deliberatiuus ⁊
directus· Alter incompletus vel interpreta
tiuus et indirectus· Primus fit dum volun
tas ſufficiēter et actualiter aduertit per iu
diciū rōnis reflectētis ſe ſuper ſe· ꝙ ſic vel ſic
agit vult nħilominus ſic agere ⁊ hic ꝯſenſus
eſt cōmuniter ſatis notus etiā apud parum

eruditos vel in moralibꝰ vſitatos quia ple
nus eſt ꝛ directꝰ. Aliū vero ꝯſēſum quē dici
mus interpretatiuū difficilius ē aduertē. nā fit
multis modis. Vnus ē quādo racō debꝫ eē
pugil circa aliqđ reprimēdū vel repellendū
dū iam inſurgit actualiter ſed omittit et ne
gligit repellere quaſi tacēs. Iuxta illud vul
gatum. Qui tacet cōſentirē videtur. ſic nauta
negligens dicit̄ cauſa ſubmerſionis nauis
Notantē vero dicitur qñ rō debet eſſe pugil
circa aliqđ reprimēdū qꝛ ſi actꝰ eſſet indiffe
rēs vel tal̄ circa quē racō non deberet labora
re ad repellendū ſeu repͥmēdum qꝛ ſcꝫ nō im
minꝫ piculū peccati p ſilētiū ſuū. tūc non dici
tur voluntas i tali ſilētio cōſētire. vnde poci
us aliquādo deberet dici diſſentiens ſicut fit
in temptacōnibꝰ blaſphemie ꝛ multis aliis
q̄ meliꝰ vincuntur ſilendo ſiue nō aduertēdo q̄p
pugnādo ꝛ directe conādo. ſic in ciuilibꝫ qñ
quid verū ē. aut quod tacet non ſtatim vide
tur cōſentirē ymo verius diſſentire iudicatur
Alia regula dicit. Qui tacꝫ nō cōcedit ꝗ negat
Ampliꝰ vero fit ꝯſenſus iſte ſecūdꝰ nōnūq̄
indirectus quādo ſcilicꝫ volūtas aliqđ vult
vel agit ad quod ſolet ſequi aliud qđ ē pec
catū ut cū aliquis inebriat ſe voluntarie ad
qđ ſequitur dormicio et ex dormitione omiſſio

ſurgendi ad officiū diuinū ad quod obligat
dicit ad hec omiſſio ſurgēdi voluntaria in di
recte ſcilicet ex primario cōſenſu modo dicto
Actus vero cōſequentes inde tm̄ habent de
vitio quātū de cōſenſu in principali actu p̄mo
nec amplius ſi inde adderet alius conſenſus
Poſſumus alijs verbis diſtinguere de cōſēſu
volūtatis et ſimiliter de diſſenſu. vn̄ cōpoſito
aliquo obiecto culpabili volūtas pōt ſe circa
illud habere ſeptupliciter. Vno mō quia vult ob
iectū illud eſſe. Alio mō quia vult interpretatiue
ſeu imputatiue. Item vult illud dir达 vel in
directe. Item vult illud plene et pfecte. aut
vult illud ſemiplene et impfecte. Item poſtre
mo habet ſe ſuſpēſiue et quodāmō neutraliter
quaſi ſcilicet nullū habet actū nolendi vel volēdi circa
illud ſed tenet inditiū rōis in ſuſpēſo vel ad aliud
ſe diuertit. Et hec diſtictō ſi bn̄ cōcipiatur clauis
ē in oī negotio moāli ad apiēdū exitum dif
ficultatibus innuēris. ¶ Cōſideratio ſeptīa

Ponamus vltra ſeptio quia circa actū carnalē
aut aliquē hmōi actū cōpoſitū volūtati
ipſa ſe pōt hr̄e multipliciter. Vno mō quia cōſent
in opus ſi facultas adeſſet aut niſi pudor vel timor
hūanus impediret. Alio mō quia licet refugiat et
horreat cōſētire in opus tale nephariū. Ipſa nlo
minus vſat et reuerſat in aīo ſuo cogitacōēs de illo

Et iterū poteſt fieri multipliciter. vno mō ut deliberate plene et directe. In hac cogitacō ne delcētur ⁊ hoc peccatū eſt in illo cui prohibit⁹ ē carnal' concubit⁹ ſecus i vxoratis. Si enim aliqs act⁹ ꝓhibitus ē ꝯſequēter delcā tio. Similiter ſi act⁹ permittitur. ꝑmittit' ſil' delcācio ꝯſequēs directe ⁊ de per ſe ad illum actū. Notant' addit' ⁊ de p ſe quomā inſpicē mulierē non eſt de p ſe pccm ſic nec delcācio de per ſe conſequēs ſ; de p accidēs ꝯſurgit crebro delcācio illa libidīnoſa icontinenti quā continēs nō habēt. Hec aūt ṙgula m'tū notanda eſt contra ſcrupulos ex vna pte ⁊ ex altera pte ꝯtra piculū ⁊ pro licitis etiā caute dimittēdū. Cogitat alio mō talis circa carnalem delcātionē; ut eam poſſit ſatagendo et conādo quaſi p vim vl' induſtriā repellere et nō ſemp expedit ſicut nec pugnaē cum venenoſo ſerpēte dum aliter pōt declinari. Cogitat alio mō ex quadā ſola curioſitate q̄ ſepe noxia eſt ⁊ crimīalis. Cogitat alio modo qꝛ nō aduertit piculū iminē ſibi ꝑ tali cogitatione ſed in exercitiū virtutis ſibi conuertit et hec poteſt eē virtuoſa ⁊ caueatur ſufficiēter piculū. Cogitat alio modo qꝛ vult ⁊ cogitur de hac materia docē alios vel de ipſius conditione plenius edoceri. Et ſi hec agit cum

appoſicōne inculpate tutele nō peccat mōrli
ter etiam vbi pollucō ſequeretur. Sic diceretur cum homo cogitur audire confeſſiones
aut equitare et ſi qua ſuut ſimilia. Deniq̄
volūtas quandoq̄ ſe habet ad actū talem
propoſitū quodāmodo neutraliter vel ſuſpē
ſiue quia nec expedit circa hec deliberare ut
ſi ſit loci et temporis oportunitas aut ſi pro
ponat ſibi quid mallet vel in actum illum
conſentire vel perpetue ardere tute facit ſi
non deliberet de vtraq̄ parte propter peri
culum incidendi vel in preſūptionē falſam ſi
eligeret ppetuo ardē vel in pccm mortale
ſi eligeret in actum illum conſētire. Hec eſt
cautela cōueniens multum et expediens ad
uerſus interrogacōes q̄ vel intus vel exterius
curioſe fieri ſolent vel proponi vbi periculū
imminet quicquid eligatur. Et ita ēliquitur
verificatio illius prouerbij vulgaris. Silere
melius eſt q̄p ſtulticiā dicere. Sic agebat qui
dixit. Et factus ſum ſicut homo nō audiens
et non habens in ore ſuo redargutiones

¶ Conſideracō Octaua

Veniamus nūc octauo ad reſpondēdū
quibuſdā interrogacōnib; ī hac mate
ria de pollucōe que fieret vigilādo et propo
ſicōes aliqs ānotem⁹ q̄ ad materias alias

de ducte p̄bere potuerūt occaſionē cognoſcē
di veritatem de peccatis. Prima ꝓpoſitio

Nulla pollucio diurna vel nocturna pl⁹
habet de peccato q̄ꝫ fuerit de conſēſu cir
ca illam i libero arbitrio. Sic de Ira inuidia
gula ⁊ ſimilibus dicitur. Patet ꝓpoſitio ex
tercio notabili. Vnde ſi null⁹ fuit cōſēſus ve
r⁹ vl' interp̄tatiuus direct⁹ vl' indirect⁹ per
fectus vel impfect⁹ nullū prorſus erit pollu
cio illa peccatū. Iſta ē expreſſa. Aug⁹ ſētētia
de. ci. dei loquētis de corrupta p violēciā. Di
cit eni q̄ꝫ illa delectatio nullū ē peccatū in cor
pore diſſentientis ſicut nec in corpore dormi
ētis. Et bona ven. dicit eū loqui etiā de pecca
to ꝓprie veniali. ſi autē fuerit alter iſtorū cō
ſenſuū tūc iudicādus eſt de qualitate ⁊ quā
titate peccati ꝓporcionabiliter ad ꝯſenſum
Conſenſus itaqꝫ verus plus habet culpe q̄ꝫ
interpretatiu⁹ cetis pib⁹ et ꝯſenſus direct⁹
pl⁹ q̄ꝫ indirect⁹ et ꝯſenſus plen⁹ pl⁹ q̄ꝫ imper
fectus ymo ꝯſenſus verus dū ipfectus eſt ex
fragilitate vl' ignorancia ſepe reputatur ſo
lū venialis. qui ſi pfectus eēt mortalis dice
retur. Similiter ꝯſenſus indirectus non pl⁹
cauſat in ſequētibꝫ actibus de malicia q̄ꝫ ipē
ſit malus. Et ita pollucio veniēs ex ſolo ꝯſen
ſu in ꝯpulā venialē dicenda eſt ſolū veialis

Exemplum de inceſtu loth ſm doctores. q
hoc valet ad mateꝛiam de pollucõe nocturna
cognoſcenda ꝑmo ſi iam peccatum ſit deletũ
per pēitentiam non opoꝛtet ſequentes actus
eſſe nouas culpas ex iſta ratiõe.

¶ Secunda propoſicio

Nvlla pollutio diurna debet proprie dici
mollicies niſi fuerit per conſenſum libe
rum vno modo vel alio prouocata ꝛ extoꝛta pa
tet ex precedenti quoniam ſicut non fuit pol
lutio hec i poteſtate patiētis. Ita nec peccatũ
Mollicies autem ſonat in peccatum quoniã
dicit. Apoſtolꝰ. ꝙ neqȝ molles regnũ dei poſ
ſidebũt. ¶ Tercia propoſitio.

Nvlla talis pollucõ debet reputari caſus
reſeruatus ſub nomine mollitiei ꝑmo
nec peccatum ut dictum. Patet quia non eſt
mollities et magis dolēdꝰ eſt qui huiuſmõi
eſt tale aliquid ptuliſſe ꝙ̄ egiſſe ꝛ voluiſſe ſi
cut contingit in erectõne pudendi intelligit̄
cum conſenſu volũtatis. Additum eſt ſub
nomine mollitiei quia forſan i caſu poſſet ſu
perioꝛ caſum talem ſibi ad hoꝛam vꝪ quo ad
aliquos reſeruare non quia peccatum ſit ſed
ut magis inſtruētur et inſtrueret ſi ſit pecca
tum vel diſſentiens ad peccatum ſeu ad pec
cati periculum et ſi ſit pollucõ proprie dicta

hoc tamē generaliter ⁊ ꝑ ſēp fieri duiſſimū
eſſꝫ ꝑmo ſtultū ¶ Propoſicio quarta

Nullus fluxꝰ ex membris generātionī deputatus ēputādꝰ ē de ſe pollucō vł mollicies ſi non fuerit vere ſeminalis. vnde fluxus vrinalis vel menſtrualis vel alteius humoris medij nequaq̄ꝫ appellādꝰ ē mollicies ſiue pollutio ⁊ ex ꝯſequenti patet ꝙ nec iſti caſus ēſeruari deberēt ſub noīe pollucōis ſicut ꝓpoſitio p̄cedens exponebat. ſed dictū eſt i ꝓpoſitiōe ꝙ iſti fluxus nō ſūt reputādi de ſe mollicies quoniā de ꝑ accidēs vel propter adiunctū aliqđ poteſt ſecus euenire ſicut propoſitio ſequēs docꝫ ¶ Propoſitio quita.

Nulla pollutione ac fluxu cōtingētibꝫ ſtat hominē grauiori et inordinatiori feditate animā ſuam maculaē ꝙ facit alius vere pollutꝰ q̄ ꝑ molliciem ꝑmo ꝑ fornicationē ꝑmo ꝑ adulteriū vł ſaclegiū vł inceſtū ſtupatus. Deducitur hec propoſitio ꝑ illa q̄ de cauſa delectationis et pruritus in ſecundo notabili p̄dixīmꝰ vnde ⁊ propter hoc ſpado dicitur deflorae virginem. dicuntur inſuꝑ tā pueri ꝙ puelle aīi annos nubiles exardeſcē in iuicē. dicitur etiā frigidi ⁊ maleficiati nō potentes ſemiae nepharijs nequiſſimis nō nūꝙ illecebris ſemet inqnaē ⁊ eo flagicōſiꝰ

ſunt iſta p cōtrectationem illicitā aut aliter
quo diutius durat viget ⁊ ardeſcit abſq; ſe
datione per efluxum ſeminis hec ignomini
oſa labes paſſionis. ¶ Propoſitio ſexta.

Pollutio vel fluxus qui vel nihil habue
runt de conſenſu nec per cōſequens de
peccato non impediunt hoīem de per ſe a ce
lebracōe. dicimus de per ſe. quia de p accns
aliter eſt. utpote qꝛ patiens ſcrupuloſus et
timidus eſt in hac pte et faciens ſibi cōſciāz
inquietam ⁊ dubiam aut quia patiens ſen
tit ſe ex hac feditate diſcraſiatum in aīmo
ac deiectum. Aut quia nequit ſufficienter co
gitationes lubricas aut turpes inde conſur
gētes depellere. Vnde notand̄ qꝛ ſicut yma
ginationes voluntarie et lubrice diſponūt
maxime ad hmōi fedas cōmocōnes. Jta vi
ceuerſa ſomnia nōnunq̄ de nocte. vel cogi
tacōnes in vigilia prouenīūt ex huiuſmodi
cōmotione ⁊ carnali ſtimulacōne queadmo
dū iratus aliter ⁊ alia cogitat q̄ mitigatus
⁊ timens q̄ ſecurus. Dicamus p̄terea circa
principale qꝛ de illo de quo loquimur. Licet
inuoluntarius fuerit in patiendo remanet
tamen in aīma quedā carnalis deguſtatio
qnī ſicut guſtato ſpiritu deſipit caro. Jta gu
ſtata carnli voluptate et inuitis deſipit ſpūs

Addunt alii immittentes dictis Boñ ven a si
miliu dicẽtes ipedimẽtum generale eẽ eo ꝙ
ẽquiritur ad celebracõnẽ mũditia nedũ spi
tualis a peccato ſʒ corporal' ab huiuſmõi fe
do humore hoc qualit habeat veritatem pu
tam⁹ apparuiſſe dũ i tracta· de pol· nocturna
loquẽmur. Vnde dñs de palude eruditus in
legib⁹ tam canonicis ꝙ ciuilib⁹ ꝙ diuinis
dicit de pollutiõe nocturna ſi cauſam nõ ha
buerit culpabilẽ ꝙ debet hõ ceſſaẽ a celebra
tõe· debʒ iꝙ de ꝯgruo nõ de p̃cepto ſic ꝙ peccʒ
mortaliter ſi celebret. Sic videtur Aug⁹ de
quotidie ꝯmunicantib⁹. qd nec laudat nec
vitupat· ſed eos ſuo ſẽſui a deuotioni derelin
quit. Vnde ſi alter ꝯiugũ reddens debitũ nõ
arcetur a cõmunione ſcdm Boñ ven videtur
ꝙ illa macula corpalis non impedit cõmuio
nẽ ymo nec impediret celebracõnẽ i ſacerdo
te greco qui ſimiliter vxori reddere debitum
tenetur poſtulanti ¶ Propoſitio ſeptima

Sicut nõ õmis illecebroſa cogitacio con
ſurgens i anima etiã cũ aliquo conſẽſu
dubio vel interptatiuo l' imperfecto. Similiter
nec õmis pruritus vl' titillacõ vl' ſtimulacõ
conſurgẽs in mẽbris genitalib⁹ ex hac ille
cebra impediũt a celebracõne. Sic nec ꝯflu
us inde ꝯſequens de ꝑ ſe inpedit dũ racõ nõ

conſentit vł dum remittitur nec plene cõſen
ſit in illum. Primã partem ut arbitror cõ
cedunt omẽs. De ſcđa vero parte ſimił eſt
ratio ſi propoſitio precedẽs attendatur. Cõ
ſiliũ tamen eſt in hac parte ut vitentur di
ligenter occaſiones ꝛ ſatagat homo ne mo
roſam et ſenſualem cogitacõnem in ſe qua
lemcũqꝫ ſic ſigat de aliquo ꝛ circa aliquod
quin eam dũ vult poſſit euellere. Ita accõ
moda te rebus dicit Seneca ꝛ non da cogi
tationes carnales et fluxus inde ſequentes
abſqꝫ ꝯſenſu voluntario vincuntur pleꝛ͂qꝫ
ſalubrius tutius et efficatius ſi ratio ſe ha
bet circa illas per modum non curantis vł
diuertentis voluntatem ad alia q̃ꝫ ſi ſollici
tetur triſtetᷣ turbetur ꝛ tenẽtur tales expel
lere. Notetur in hoc loco tractatulus in gal
lico de remedio contra temptacões blaſphe
mie compoſitus. Auget itaqꝫ cogitatio ve
hemens vel ymaginatio conatũ ac proinde
nutrit cogitacões huiuſmodi ymo multi
plicat ꝛ efficatiores reddit ad fluxum cõſe
quendũ ꝙ ſi diſſimulauerit neqꝫ curauerit
plus q̃ꝫ de alterius humõris naturał fluxu ac
q̃ceſcet. Poſſet aptari circa rẽ hãc exẽplũ de
Iuuenibus q̃ trabẽ in alto poſitã nũq̃ꝫ abſqꝫ
caſu trãſirent quã audaces per ꝯſuetudinẽ

aut aliunde tota securitate transibunt. Fit
autem diuersio talis multipliciter ꝯmuis ꝑ
impressionem sigilli crucis ī pectore vł ī frō
te quod aliquī ēputāt efficacissimum sicut
illud signū est triūphale atq; salutiferū sū
me preterea humilitatis vincit autē humi
litas laqueos dyaboli dicente Anthonio fit
hec diuersio aliquādo ꝑ lesionem aliquā cor
palē ī lingua ł alibi. Quādoq; ꝑ exprobracio
nē ⁊ allocucionē seueram suarū cogitacionū
tanquam esset aliquis apparēs temptator
exterius phy. phy ve vobis cogitaciōes vi
lissime ꝓcul hinc abite ī malā horā veneītis
sum aliis occupatus. Non de vob auditū nō
visum. discedite ab hinc. Syrenes vsq; ī exi
tiū dulces. Fit ⁊ h diuersio nōnūq̄ ꝑ irrisio
nē quandā talis illusiōis ꝯsurgētis tā multi
pliciter ī animo et turpiter fit demq; ꝑ vita
tionē ꝑ confessionez puram ⁊ nudam ⁊ sup
modum ꝑ spem ⁊ imploracionem diuini au
xilii sine quo cōtinens nemo plene esse pōt

Propositio octaua

Difficile est vel impossibile absq; diuina
illuīnacione cognoscere certitudinaliter
radicem ⁊ causā pollucōis diurne si videlicz
veniat ex cōsensu vero ł interptatiuo aut cō
sensu directo ł indirecto aut a cōsēsu supiois

racōis vel inferioris ꝓuenit. Puto ꝓpoſicō
nē hāc ꝯſiderātibꝫ eē notā. Ex quo cōſequēt
inferē. ꝙ ꝗꝛ btūs eſt vir q̄ ſemꝑ eſt pauidꝰ
⁊ ꝙ bonaꝝ mētiū ē facē ꝯſciam vbi ꝺ neccita
te nō eſſꝫ aliqn̄ faciēda. expedit de talibꝫ cōfi
teri ⁊ non ſine cōſilio prudētum ⁊ expertoꝝ
propter talia nihilipendere vel contemnē
In ſeipſ aūt expedit ꝙ poſt cōſiliū acceptū
a prudētibus exptis ⁊ deuotis dimittat hō
ſcrupulos ⁊ timoēs nimios. alioquin nihi
lominꝰ cadēt in puſillaimitatē quādā ⁊ in
quietacōem ſpūs que non poſſet ſufficient
recipe illum cuius in pace factus eſt locus.
nec aſcēdit vnq̄ talˀ aīa in pfectōis ſblimi
tatē. Dꝫ vero ſuperioꝛ et exptus cuiꝰ in hac
re q̄ritur cōſiliū a ſbditis. poſtq̄ exploraue
rit oīa dicē diffinitie. et ſolida rn̄ſioē. tu fac
ita. qm̄ ſi medicus in medendo vacillauerit
q̄lis i egroto ſpanda erit ſecura ſtabilitas
hinc tragicus ait. Qui dubiā ſalutē dat af
flictis negat. Propoſitio nona.

AD obuiandum piculis ⁊ ſcrupulis qui
ꝯſurgūt ex fluxu fedo diurno. ꝯſiderari
de ſunt diligenter cauſe ⁊ radices. ut eis ag
nitis fiat diligens et diſcreta prouiſio. Diſ
cretam vero dicimus prouiſionē que nec
velit abſcondē cauſas cū maiori detrimento

piculi a ſcādalo q̄ ſit huiꝰ mōi fluxꝰ q̄ q̄nq;
non eſt niſi venial' preſertim dū humor ille
medius quem diximꝰ nec ex aduerſo pmit
tit ea liceciose fiel q̄ de ſe culpāda ſūt a eſſe ca
ri facilit' poſſunt cuiuſmōi ſūt lubrici aſpectꝰ
viſus inepti ſocietas plꝰ q̄ decet amicabilis
in ſe gerens delectationem a ſi nō de p ſe libi
dinoſam piculoſam tñ a plus equo ſēſualē
que nihilominꝰ aliqñ ſub officiis aliquibus
ſpiritualis edeficii ut eſt confeſſio vel lectō l'
erudicio colorare ymo veriꝰ obſcurae ſe co
nat. Sed et caueat aliorū ſupior ſibi a ſuſpi
tionibꝰ nimis et a q̄dā ut ſic loquar inutili
zelotipia circa ſubditos ſe ɔtineat nō idicēs
ieiunia exceſſiua l' ſeparans eos ab inuicem
inutiliter a ſpiritualia colloquia vel officia ve
tans eis. Serua demq; comitū illud. Ne q̄d
nimis. Et illud ſapientis. Noli nimium eſſe
iuſtus qz qui nimis emungit elicit ſāguinē
difficile ē fateor i hac re ſe aurea mediocrita
te tenere ſʒ ſpiritualis omīa diiudicat velut
in aere ſplendido mediāte ſole. Velut p̄terea
i fonte lucido a illū iudicat ſup oēz diē. Car
nal' vero iudicat velut i fonte turbido a limo
ſo nō diſcernēs de groſſis etiā reptilibus ve
nenoſis immixtis velut p̄terea i domo caligi
noſa vir attrectando diſcernens hec ab illis

iudicat poſtremo vix inter diē et noctē et ita
frequētiſſiē ſeſe fallit et impigit i die velut
in tēbris. ſed ſaluare illū dz ſpūalis ductrix
manꝰ. qꝫ ſi remittitur seducere ſpnit ſi pmon
ſtratio ſibi ſi prior et abbas mauult eſſe dū
trāſit p tenebras et p obrupta portabit q̄de
ille damnationem ſuā et dux liber euadet.

Pollucōnē corpalē ¶ Propoſicō. x.
q̄nz precedet ꝯſēſus q̄nz comitatur q̄nz
ſenſus ē circa eā non ꝯſēſus. q̄nz vero ſēſus
eā opatur. et ita fit non ſolum cū ꝯſenſu vel
ſenſu. ſꝫ ex conſenſu vltimū hoꝝ grauius ē
et reddit ꝓprie pollucōnem culpabilem. De
niqꝫ tria prima licet non reddant proprie
et de per ſe pollutionē culpabilem ſunt ipſa
culpe et peccata. Alteꝝ vero quādo ſcilicꝫ pol
lucō fit cum ſenſu non eſt de per ſe peccatū
pmo frequenter auget meritum tanquam
materia virtutis dū reſiſtitur violentie paſ
ſionis que dū ſentitur ipſa magis et magis
allicit et impellit. Quare ſimiliter reſiſten
tia habet plus virtutis. Addamus. qꝫ et ſi
pollutio corporalis et vere ſeminalis diur
na vel nocturna. nullo modo debet ſcienter
extorqueri etiam pro ſanitate vel alleuiacō
ne corporis vel iudicij rationis cōſequendi
Si tamē dū ſine tali conſēſu procurātē eam

vel extorquente puenit ipa placeat nō q̄ de
lectatio eſt ſed q̄ alleuiacōnē· corpis opatur
Hec nō iudicatur eſſe peccatū· videat tamen
homo preſertī nouitius ne huiuſmōi ɔplacē
tia ſe ſeducat pretendēs vnum ⁊ agens alte
rū. Salubrius eſt itaq; cogitationes et iudi
cia circa rem hanc diuertē q̄ habere.

Propoſitio vndecima

Pollucio diurna vel nocturna dū ſētitur
effluere non debet violent̄ prohibere ſi
probabilit̄ eſtimetur q̄ hmōi violentia fru
ſtra eſſet. Nihilominꝰ p exercitacōne virtu
tis et pro euaſione piculi videtur expediens
ut homo conetur prohibere quantū ſētit vel
expitur cōmode fieri poſſe qm̄ ⁊ ſi hec retētio
nocere debeat corpori proderit anime. Natuā
demiq; poſtmodum vno modo vł alio talem
humorem a ſe eicit patet in mulieribꝫ puer
peris quibꝫ ſiccātur mamme dū nō elicit̄ lac
Alioquī ſemp fluere paratum ē. Sic pollucōes
iſte pmo ⁊ pruritus tutius non vtendo vł ex
ercendo ſed abſtinendo vincūtur. Similiter
aūt expti etiā i pruitu ſēſuali Hec aūt pollu
tio etiam in vigilia ſi in pñcipio vſq; ad finē
habeat iugiter rōnē ⁊ volūtatem renitētem
quātū pōt iux̄ caſum negocij volūtas repu
tabitur nedum non peccaſſe mortaliter ſed

multiplicit meruiſſe iuxta illd̄ btē lucie. Si me invitam corruperis mihi caſtitas dupli cabitur ad coronam. Pōt autē caſus diur ne pollucōis euenire circa eos q̄ hn̄t de ne ceſſitate audiē ꝯfeſſioēs vel aliqua talia co gitare vel agere ad q̄ ſequitur aliqn̄ reniten tibꝫ eis toto poſſe. ⁊ ſibi ꝑcauētibꝫ ab initio vſqꝫ ad fineꝫ talis paſſio feditatis ꝙ ſi q̄s dicit omittat talis qui tam fragilis eſt ⁊ lu bricus audire cōfeſſioēs. ꝑdicare et ſimilia Rn̄detur ꝙ in multis caſibus nō oportꝫ hoc fieri ꝓpter ncc̄itatem cōſiliȷ̄ et euitacōeꝫ ſcā dali ⁊ obligacōnem offitiȷ̄. ſed quales ſunt iſti caſus non poteſt gn̄aliter arte determiā ri. Referamus hoc ad illud qd̄ ſapiēs indi cabit circūſtantiarū condicōe penſata. Con ſulo tamē ut auditurus ꝯfeſſioēs in hmōi ꝑiculo accedat ꝑparatus cū timoē ⁊ tremo re. Auertat iſup qn̄tū poteſt fatiē ſeu oculū carnis ⁊ nō minꝰ oculū mētis ab aſpcū ſē ſuali illius q̄ ꝯfitetur ſed accēdat i arcē ꝛōis Illicqꝫ recogitet aīam illiꝰ velut egrotā et ſauciā q2 caro nō ꝓdeſt quicq̄. deīn celebra turꝰ ſi pōt offitiū hoc differre poſt miſſam ſu am tutiꝰ agit qm̄ recēs hmōi fluxꝰ plꝰ impe dit celebracōꝫ q̄ꝫ vetus. Cōſtituat ꝑtēa ꝯfeſ ſor ⁊ in illo ſtatu corꝑis i q̄ minꝰ ſcādalizabit

vt ſtet vel flectet genua· vel alicubi pro ſe ꝓ
ſternet· Sic inſup ſermo ſuus dum ad talia
ventū fuerit breuis ⁊ rigidus preſertim vbi
confitens paratus ē non renitente verecun
dia ſponte totum vicius euomere· ꝗ per affabi
litatem quādā oꝫ a confitente nimis verecū
de nuditatem ſue feditatis extorquere· profe
cto vbi maius ineſt periculū· ſed ſi caritas ad
hec feda ſcrutanda deſcendat non curioſitas
aut lubricitas iuuabit· caritas auctor deꝰ fa
ciens cū temptacōe prouētum Poterunt ad
intellectū pleniorem ꝑmiſſoꝝ prima ſumma
cōfeſſoꝝ· ti· iiij· li· iiij· de bigamis vbi queritur
quō perditur virginitas Item tractatulꝰ
quem aſſcribūt aliqui ſancto Thome· ꝗ ma
gis apparet ex ſtilo ⁊ materia ꝙ ſit Ioh̄ ven·
qui icipit· Quoniā fūdamentū ⁊ ianua ⁊ eſt
vtilis multum

Explicit tractatulus venerābilis magiſtri
Iohis· Gerſon de pollucionibus diurnis·

Incipit forma abſolucõnis ſacramental'
eiuſdem Magiſtri Johãnis Gerſon.

Gratia tibi et pax frater cariſſime petis primo ſi apud aliquē doctorem reperiatur forma autentica abſolucõnis ſacramentalis. Reſpondeo ꝙ ſic. Et de hoc videatur ſumma confeſſorū vł Bertelina ſup hoc verbo Abſolutio. In illa queſtione vtꝝ forma abſolutionis debeat fieri ſub modo idicatio. Et ſm illa que ibid repiuntur patebit ſatis rñſio. Ad illud qd ſecūdo petis ſcꝫ. Que ſit forma ſuffitiens Deinde ad tertiū ꝙ queris. Vnde tot valetates in forma iſta abſolutionis. Reno. ꝙ ex ignorantia vel negligētia ſuffitiēt inquirendi que agenda ſunt circa ſacramenta. Sed cur quid plus circa iſtam formā ꝙ̄ circa alias. Ratio vna eſt. ꝙ alie forme dicuntur publice ⁊ inueniūtur ſcripte ſicqꝫ leguntur. hic aūt occulte ⁊ abſqꝫ libris ⁊ arbitrio ſit negotiū. Poteſt ⁊ alia racõ dari. ꝙ act⁹ cõfeſſionis et abſolucõis ē quidā actus iudicialis. vbi videtur ſufficere ꝙ ſacerdos iudex explicet ſententiā ſuam quibuſcūqꝫ verbis dū tñ intendat abſoluē ſicut dicim⁹ in mēmoio. ꝙ cõſēſus iterior ãborꝫ ſignificat⁹

exterius qualibuſcūqꝫ verbis. ymo et ſi‑
gnis ſicut in muto ſufficit ad matrimoniū cō‑
trahendum. Deinde pro ſolutione aliorum
queſitorum ⁊ declaracōne premiſſorum ſcri‑
bam tibi modum quo vtor in huiuſmōi ab‑
ſolucionibus. vnde ſi nihil dubitatur de ex‑
communicatiōe cōtracta. dico primo per mo‑
dum imprecationis que de cōgruo ꝑmittit̄

¶ Abſolucio

Dominꝰ nr̄. Jhūs criſtꝰ. te abſoluat. uel
parcat tibi deꝰ. vel dū mora maior eſt.
Miſereat̄ tui omnipotens deus ⁊c̄. Deinde ſb‑
iūgo cū intentione interiori abſoluēdi quā‑
tum poſſum. ⁊ ſcd̄m autoritatem mihi com‑
miſſam et dico. Ego te abſoluo a peccatis tu‑
is in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Amē
Nec oportet aliud addere. nec iſtud prono‑
men alijs nec iſtud adiectiuū omnibus nec
iſtud oblitis nec illud contritis. ymo poteſt
nocere ſi ponitur hoc adiectiuū contritis cū
virtus ſacramētalis abſolucōnis valeat ſu‑
per peccata ſolum attrita licꝫ nōdū contrita
Et ita eſt additio quodammodo diſtrahens
que preſupponit contricionem ꝓceſſiſſe que
non ſemper pre requiritur. Vt dictum eſt
Item nec oportet addere quantum poſſum
⁊ adhuc minus iſtud quantum debeo. quia

ſepe ſacerdos non tenetur aut dz abſolue̅
ꝛ ita eſt addicõ diſtrahens. Item nec oz ad
dere. autoritate mihi cõmiſſa ꝛc̃. Oia enim
talia ſufficient ſiu̅t ꝛ valent p intencõnem
interiorem quam hz ſacerdos vel habuit in
volendo abſoluere. Vnde pro regula teneat
q forme ſacrame̅toꝝ dn̅t ee̅ abſolute ꝛ nõ
ꝯdicõnales. Et ſi opponatur q in baptiſmo
dr qn̄qz. Si tu nõ es baptizatus. ego te bap
tizo ꝛc̃. Re̅ndeo q illa conditio non ſe tenet
nec tenere debz ex pte forme ſed ſolu̅ refer̅
da eſt ad explicacõnem intencõis qua̅ hz
ſacerdos. qua̅ intencõem ideo explicat ne
putetur velle baptizare pueru̅ ia̅ baptizatu̅
ꝛ ita facere iniuriam ſacramento. Vn̄ apd
deum ſufficeret intentio interior ſine tali ex
plicacõne niſi quia ſic eccleſia voluit fieri ca̅
dicta. Simile eſſz in dubio qd aliquis hrẽt
de hoſtia poſita an eum dum celebrat ꝛ neſ
cit plene ſi cõſecrata ſit iam vel non. utpu
ta qz neſcit ſi ꝓtulerit ſufficienter v̄ba ꝛc̃.
Tu̅c ſi neceſſaria ſit ſecuritas amplior ſuffi
ciet q hõ cu̅ intencõne iſta q nõ inte̅dit ꝯſe
crare iſta̅ hoſtia̅ ſi ſit cõſecrata dicat verba
ꝯſecratiõis q̄uis talis repetitio non ſit paſ
ſim facienda nec eſſz i hoc aſſueſcendu̅. Ad
dat q predca̅ forma abſolucõis ſac̃me̅tal

ſufficit in quacūqȝ abſolucōne pro peccatis
ſiue fiet ꝯfeſſio poſt vnā abſolucōnez iā da
tam ſiue nō. Nec oportet dicere. Abſoluo te
ab iſto peccato ⁊c̄ ſȝ ſufficit ſicut p̄us. deniqȝ
tutius obſeruatur breuis et ſuccīncta forma
abſoluēdi predicta. ꝙ dū ſiūt tot addicōes
q̄ vel ſūt ſuꝑflue vel qn̄qȝ diſtrahētes aut i
peditiue. Ceterū q̄ ad abſolutionē de excōica
cōe. Reſpōdet ꝙ in foro publico nō ſacram̄
tali nulla certa forma requirit̄. ſufficit ꝙ hn̄s
ptātē iudiciariā ſigficȝ intētiōȝ ſuam q̄ vult
talem abſolutū eſſe. Porro quo ad ſacram̄
talē abſolutionem q̄ vlterius requiritur ⁊
circa cui⁹ omiſſionem multi defitiunt. preci
ſa forma non ita requirit̄ ſicut in aliis ſacra
mētis. vnde iſta forma ſufficit cum intētione
interiori ſicut p̄us explicabat̄. Ego abſoluo
te ab excōicatione vl̄ ex cōmunicacōnibȝ ⁊c̄
Et pōt addi licȝ nō ſit neccāriū iſtd ⁊ reſtituo
te ſacramētis ecc̄ie ⁊ orōnib⁹ diuīs. In noie
pr̄is ⁊ filii ⁊ ſpūſſancti. verū quo ad minorē
excōicationē. que contrahitur ex participa
tione cū excōmunicatis ſufficit eadem forma
Sed q̄ ad excōicacionem largo noie dictā. q̄
ꝯtrahitur ex quolibet peccato mortali. qd ſe
parat hoiem a deo. puto ꝙ nō requiritur ſpe
tialis forma. ſȝ ſufficit illa que dcā ē ꝓ pccīs

Amplius vero quo ad irregularitates con
tractas celebrando in excõicacõne vel alio
tali modo ſicut habetur in ɔſtitucõibꝰ decre
taliũ. forma nõ eſt certa ⁊ preciſe requiſita
cũ ſit quidã actus iudicialis magis quodã
mõ ꝙ ordis. Nihilominꝰ põt ɔgrue ſic dici
ſicut etiã pmarioꝝ vſus hꝫ. Ego abſoluo te
ab irregularitate vel irregularitatibꝫ ſi ſint
plures. ⁊ reſtituo te ſacramentis eccleſie. ⁊
diſpenſo tecum. Et hoc ponitur pro futuro
tempore ut hõ legitime poſſit celebrare uel
vti ſacramentis. Deinde additur. In nomiẽ
pris ⁊ filij et ſpũs ſancti. Amen. Tandem
ad illud qđ inquiris ſi ſit expediens in iniũ
ctione pñie dicere oia bona que facies. ſint ť
ꝓ gñali pñia. R. ꝙ ſic. quia per huc modũ
oia talia bona hñt vim ſatiſfactoriam. licet
non tantundẽ ſicut ſi ſpecialiter iniũgerẽtur
oia ſic debere fieri ꝓpter periculũ tranſgreſſi
onis ⁊ culpe ſeu inobediẽtie inde ɔſequẽtis
Tenor queſtionis de qua ſuperius ſit mẽcõ
in ſũma ɔfeſſoꝝ. iiij. li. t. xxxiiij. q. xci. hetur.

Explicit forma abſolucõis ſacramẽtalis ve
nerabilis Mgri Joh Gerſon. deo laus.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DUESSELDORF


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19